

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von Heinrich Wilhelm Ludolf an August Hermann Francke.

Ludolf, Heinrich Wilhelm

Konstantinopel, 24.04.1699

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-204849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-204849)

Immanuel Constantinopoli. d. 24. April. 1699

15

Amice in Christo dilectionissime.

Ultimas ad Te meas d. 13 mensis praeteriti exaravi, atq; in illis felix iter meum inter Smirnam et hanc locum exposui. Si certò scirem literas meas tuto ad Te ituras, materia satis mihi jam praesto esset, ad replendam amplam epistolam, vobis forsitan non injucundam, verum alii tempori et loco hanc servare malo. Quò magis in lingua Turcica et Græcâ vulgari proficiscor, eò majorem voluptatem commoratio mea in hoc loco mihi conciliat. Benignè Providentia mihi consuluit, quòd amicus quidam eodem quo appuli tempore Meninski Dictionarium accepit atq; mihi commodaverit, quod magno mihi usui est; optarem ut Benefactor quidam suscitaretur, qui Bibliothecam vestram illo opere ditare velit. Si modo dictas duas linguas satis expedite callerem, egregiam haberem occasionem lingua arabica addiscenda; S. Sepulcrum Hierosolym. custodientes Monachi Interpretem primum suum huc miserunt, cum quo notitiam contraxi virum bona indolis deprehendi. Vellem ut commercium literarum institueres cum Dr. Edmundo Chishull inter Anglos Smirna degentes Verbi Divini Ministro, mores et hypotheses ejus mihi valde placere, libello tuo Italico de methodo orandi forsitan ille aliis prodere posset si amicum haberes Venetia cui tuum in Oriente commercium cura foret, Venetis Smirnam fasciculi facile mitti possent, idcirco optarem ut Dr. Rammer aliquem Praeceptorum e numero amicorum tuorum accepisset. Nullo alio in loco linguarum amator meliorem occasionem eas exercendi nanciscitur, quàm hic Constantinopoli, et quoniam maxima pars sive victui sive lucro quaerendo sit intentæ, non desunt tamen ingenia à sanctificatâ conversatione non aversa. Inter Armenos aliquem Ecclesiasticum inveni, qui Romæ Italice et Latine loqui didicit, atq; cultus Divini in spiritu et veritate non prorsus ignarus videtur. Capas Petro vocatur, et cum sacris Armenorum interesset, non difficilebatur nonnullas Sacrorum ceremonias gentis suae sibi displicere. Habent Armeni hii quatuor templa, atq; sed plus strepitus quàm devotionis in cultu, ipsorum Patriarcha Constantinopolitani, qui olim à Patriarcha in Etschmiadzin residente dependebat, jam subjectionem excussit, ingentes tamen pecunias summas misera Armenica Ecclesia in hanc litem Turcis non ingratis erogavit. Habent Armeni Patriarcham Hierosolymitanum, qui jam quog hic Constantinopoli existit. Prioribus Ecclesiarum temporibus Episcopi gregem suum aula praeferebant. Dignitates Ecclesiasticae tam inter Græcos quàm Armenos plus pecunia offerenti à Turcis conceduntur, Laici magnarum usurarum spe pecunias suppeditant, ut easolvere possint, grex misere exoriandus est. Patriarcha tam Græcorum quàm Armenorum 20 usq; ad 25. mille talaris dignitatem suam emit quam interdum dia non possidet, antequam ab alio Turcas pecuniâ sibi conciliante deturbetur.

Viro
Purissimo Reverendo D^{no} Augusto
Hermanno Franke V.D. Ministro
atq. L. Oratori in Hallensi Academia
Professore.

Hallam

Acceperis terris in cetera reformidem. In benignitate tamen altissimi fiduciam collo, hactenus et vires et
deuotatam prater spem concessit, orate ut protectione divina alteris fruar, viuat et ego inulatorum et Perfecto
Quem omni boni operis implorare non desinam, ut ceptis vestra dirigat atq. felici succeda beat. Vale atq. Demeasius tuos
una cum D^{no} Dr. Breitkopf, Franki et reliquis amici saluta. Meante libimany notay.

